

## EPISTOLA

ne augeri nequeat, è Georgij fratris agello  
quasdam collectas copias ad te adduco: ut si  
instructæ atque vtilis tibi videantur, tuis  
coniungas, & vnâ in montes Heluetios ad  
principem militiæ philosophicæ Conradum  
Gesnerum dimittas. Tamei si enim Georgius  
Agricola primam & præcipuam laudem in  
hoc genere est ante alios omnes adeptus, qui  
pro sua facultate, & vi ingenij excellenti,  
tot instrumentis adhibitis, tot cuniculis actis,  
tot machinis admotis, in arcem rei Metallicæ  
inuasit: tamen in hoc nature latissimè paten-  
tis campo, semper noui thesauri nouis explo-  
ratoribus aperiuntur, quod per hunc ipsum  
proditur indicem tuum: qui ut non temerè  
congestus est, de rebus vel ignotis vel obscu-  
ris: ita multorum cognitione iuuabit: sed ma-  
ius certè excitabit desiderium, res tam va-  
rias & preciosas è locis diuersis in vnâ bi-  
bliothecam digestas, apud alios legendi, apud  
te simul inspiciendi. Agricola igitur philoso-  
phis credo satisfecit: sed tu posses etiam ocu-  
los illorum pascere. Hæ autem, quæ nunc à me  
summittuntur copiolæ, ad philologos maximè  
per-